



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

Non Mœchaberis cap. 10.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

iacere conuicia in inferiore perinde ac in seruum. \* Quatto. In teriores motus animi deliberati vt mortem velle alicui. Denique eodem præcepto prohibentur quæcunque his duobus carminibus continentur.

Iussio, consilium, consensus,  
palpo, recursus.

Participans, mutus, non ob-  
stans, non manifestans.

## DE SEXTO Præcepto.

*Non Mœchaberis. Cap. 10.*

**M**OEchari, & fornicari  
apud Theologos, &  
Iuristas pro quolibet  
actu illicito venereo

vsurpari solent. Fornicatio autem est \*humanus concubitus illicitus, cuius septem sunt species: simplex fornicatio, stuprum, adulterium, incestus, raptus, sacrilegium, & peccatum contra naturam. Simplex fornicatio proprie est concubitus soluti cum soluta, & quæ iam amisit virginitatem, est peccatum mortale, quia est contra præceptum naturale, & diuinum: excusatur tamen in duobus casibus, in amantibus, & ebriis, ut in Loth. Gen. cap. 19. vel cum patiens ad actum cogitur, ut fœmina. Ad hoc peccatum reducitur concubitus soluti cum soluta, & est eo periculosius peccatum, quod cum perseverantia peccatur, seu continuo proposito saltè virtuali, peccandi: quare tales non sunt absolventi, etiam in articulo mortis, nisi concubinas expellant, aut certè eius firmum propositum habeant: & post trinam admonitionem, si non resipiscant, sunt ex

communicandi. Concil. Trid. Sess.  
24. cap. 8.

*De Stupro, & Adulterio.*

Cap. II.

**S** Tuprum est virginis fœminæ  
defforatio, & est grauius pec-  
catum simplici fornicatione.  
Obligat ad restitutionem, cum vir  
coegit virginem, vel importunis  
precibus induxit in peccatum, aut  
falsis deceptis verbis, & tunc tene-  
tur illam ducere, si promisit, &  
sit æqualis conditionis, alias tene-  
tur dotare, sicut & si sit conjuga-  
tus, vel clericus. Quando autem  
virgo decepta non est, sed sponte  
consensit, nulla restitutio illi fa-  
cienda est, ex iustitia. ex charita-  
te tamen expedit illi aliquid da-  
re. Adulterium est illicitus cum  
coniugata concubitus, & est gra-  
uius peccatum stupro, quia ex eo